

que passurus es. Et ecce incipit diabolus
mittere quosdam ex uobis in carcere. ut
temptemini. Et habebitis tribulationem
diebus decem. Et esto fidelis usque ad mortem:
et dabo tibi coronam uitae. Qui habet au-
res audiendi audiat. quid spiritus dicat
ecclesijs. Qui uincerit non ledetur a mor-
te secunda. Explicit hystoria. Incipit
explanatio superscripte ecclesie in libro secundo.

Angelo zmirne ecclesie scribe.
Zmirna ^{id est} quod canticum eorum qui pul-



cre confessi sunt catholicam ueritatem
his qui loquitur secundus spiritus dicens. Hec dicit
primus et nouissimus qui fuit mortuus
et uiuit. Scio tribulationem tuam et paup-
tatem sed diues es. Conlaudat opera ecclesie sue
quod multas tribulationes contendat ad
regnum. Laupitas eleganciam presert

quod potenter presentia contempnit
ut futura mereatur sed diues es. habun-
dans fide et gratia ubertate completa ille
est scilicet humilis qui dominicum obseruat
eloquium quod dicit. Beati paupes spiritu.
Qui spiritu suo pauper est dei spiritu diues est. Nam
qui spiritu suo diues est flatu quodam elatio-
nis inflatus ut uter est. Sciendum uero est
quia grauioribus culpe sunt que supducta
specie uirtutes imitantur. quoniam ille qui
in parte cognite animum in confusio-

nem deiciunt atque ad penitentiam trahunt.
Isti uero non solum in penitentiam non humili-
ant. sed etiam inopes operantes eleuant
dum uirtutem putant. Ecclesie partim de
istis dicit. Et blasphemaris ab his qui se
dicunt iudeos esse et non sunt. sed sunt synago-
ga satane. Ultra contumelia ecclesia ab